

WIDER|SPRUCH

In: *Widerspruch* Nr. 35 ~~Nie~~ wieder Krieg (2000), S. 122-123

Autor: *Alexander von Pechmann*

Rezension

Johannes Venator Anglicus

Logica. Vol. 1 und 2.

First critical edition from the manuscript by L.M. de Rijk (*Grammatica spekulativa*, Bd.6), Stuttgart-Bad Cannstatt 1999 (Frommann-Holzboog), 608 S., 590.- DM.

Hic liber tractandus demonstrat: minor auctores quam libelli habent sua fata. Solum liber conservatus est, auctoris autem tantum suum nomen latinum: Johannes Venator anglicus. Editores opinantur hunc Johannem eundem esse, qui logicus anglicus John Huntman fine saeculi XIV in Oxonia (Oxford) docuerit et anno MCCCLXXXII consensus sui causa cum doctrinis haereticis Johanni Wycliffi universitate expulsus sit. At adhuc extra tales opiniones verisimiles nulla demonstratio data est. Itaque necesse est nos vice auctorem librum tenere.

Huius libri sunt duo manuscripta conservata vel adhuc inventa: alter in Bibliotheca Apostolica Vaticana, alter in Biblioteca Cattedrale Pistoiae. Editores manuscripta utraque comperaverunt et eos locos, qui inter se dissentiunt, in annotationibus testificati sunt. Quattuor tractati logici, ex quibus liber consistit, doctrinam scholasticam in toto obsecuti sunt: ad aliquam quaestionem datam primo argumenta et contra-argumenta collecta sunt, deinde responsiones vel conclusiones tractata sunt. Sine dubio hic methodus habet quicquam ligneum et doctrinale; etiam multae quaestiones videntur per nostros hodiernos parvas similitudines cum logica habere, velut si quaestiones disputantur, an hoc, quod hominem creat, deus sit (I, 97 pp.), vel an „anima Antichristi necessario erit“ (II, 410). Etiamsi ad explicationem et declarationem istarum quaestionum paene nemo nisi Aristoteles et commentator suus Averroes consultus est, attamen tractati non sunt commentarii

Pechmann : Anglicus

scriptorum logicorum Aristotelis, sed disputant tum magnas quaestiones de fundamentis religionis christianae.

Ab editoribus hoc opus logicum scholam logicam Oxoniensem adnominatur; imprimis vel discipulorum educandorum causa scriptum et factum est, et itaque vix opiniones ipsius auctoris perspectae sunt. Non ductis pretium et momentum libri medievalis difficulter iudicandum est. Studium diligentissimum necesse erit, quam editores sribent, ut diversas relationes ad alios auctores vel electionem cuiusque quaestionis disputatae illustrentur.

Alexander von Pechmann